

Cato Lugduni Batavorum apud Raphelengium MDLXXCV.
 Item in Octavo. Invenio ibidem Theodori Quingeri
 opusculum, quod Methodum inscripsit Rusticam Catonis atque
 Varronis, Basilea editum MDLXXCV. in Octavo, et Curati
 Heresbachij denique Rei Rusticæ libros quatuor. Spiræ
 in 4^o excusos, ut et Noribergæ similis quid à Trachimo
 Camerario in 4^o MDLXXVI. Horum omnium si quid
 instruendo mihi agricola tironi facere existimabis, aut
 recutius porro quid et præstantius elaboratum noveris,
 quæso te, certiorum facere me ne graveris. Non occurrit
 cujus ad hæc indaganda consilio præ te in omni Academiâ
 uti possem certius aut expeditius. addam et amicis.
 si pro necessitudine, quæ non nuperâ est inter nos, otio
 me tuo tam familiariter abuti poteris in re nimirum
 a professione tuâ minus aliena. Vale vit amice et
 opella meâ, cum feret usus, pari libertate fruere. Scrib.
 Haga Com: W. M: Sept: MDLXXIII:

Tuus quem nasti
 C. Huygenius.

De morte magni Salmasij, heri nobis
 nunciata, atque vobis, ut arbitror
 inaudita, unâ tecum doleo, et quidem
 ex $\mu\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\sigma\ \psi\upsilon\chi\eta$. Homo fuit, et ab
 humanis aliquot imbecillitatibus
 minus quam voluissem immunis.
 at rei literariæ tamen sidus illustrissimum
 quatinusque hoc sæculo non ullum temere
 orturum speres. Ecce de magnis adversariis
 ut fato decet uere placuit, alterum judicij, alterum
 totâ vitâ luce orbavit. Adeoque vi dirempti sunt,
 quos expediret, placatas animas Creatori obtulisse.

Inter Græculos item, si qui satis doctè rusticati
 sunt, ut Latinis accenseri mereantur, expectabo
 ut de his quoque judicium facias.

Westerbano.

Quando tu quidem serio id vis videri velle, ecce vit
 clarissime ac doctissime, futilis et jocosæ Dramatis,
 nuper à me effusi exemplar. quale nunc demum
 in adversariis, alienâ manu descriptum, ipse meâ
 Calliopius recensui. Si tantum tibiâ re tuâ est
 otij, ut a capite ad calcem perlegas, meministe
 velim, prope ratum opus esse, et si calculum horarum
 exigas

me
 tur

exigas totum quadratum non absumpsisse. Idioma
Brabanticum, coactis eo syllabis et elementis exprimen-
tum duxi, in gratiam eorum, quibus illud aut
minus familiare, aut inauditum est; nimirum
hanc incitissimus quisque linguam, quam non didicit
sic legendo vi loquatur. Quae res cum aliis non nihil
tenebrarum possit offundere, hosce item dictionariole,
quod ad calcem est, sublevari. Tibi vir Nobilissime,
ut ^{haec} splenem moverint, sive ad risum, sive ad rictum,
scire iurabo, et libellum nemini porro revelandum
quam ocyssime remitte. Vale

23. Nov. 1693.

Amicitiae tuae cultor
rudegerrimus.

~~Constantino~~ Curatorque quidem

Joan: Iacobo
Chiffletio Equiti
et Regio Archi-
atrophi Comiti.

Nobilissime Doctissime et Amplissime Vir: (1/1/1)

Eunt ad vos Collegae mei Lunitius et Beaumontius, pro-
curandis domus Auriacae molestissimis negotiis, quae
nimirum nobis in Brabantia vestra facessere, certatim
annitantur homines, ne quid inclementius dicam; Male
feriati. Hisce viris, ut innotescas, et imprimis ei
quem postremo loco nominavi, tua quodammodo iure
resse duxi. Siquidem eo in proposito persisti, de quo
superiori anno compellare me dignatus es, etiam
superaddite munere literario longe praestantissimo, quod
minoris me aestimasse, quam par fuit in animum
te inducere serio doleam. Silui certe cum rescriben-
dum fuit, sed rescribendi causas, et opportunitatem
praestolatus, quibus quodcum effectum ad postulata
reponerem offerretur. Accidit haec tandem, ex quo
Celsissima Principi Auriacae ac Tubrici, munerum
et Beneficiorum, quae in Sequanis Princeps Papillus
possidet collatio, sorte obtigit. Apud hanc Heroinam
vir amice nescio qua me gratia polleere vulgo
autusnant, meo quidem nullo merito neque
fiducia, quidquid tamen ejus rei sit, id quod
porro superest, ubi me officii te tuosve speis
demereri posse judicaveris, ecce cui mandes, et in-
jungas, ea libertate, quam usurpare ultra citroque
iustum est amicos, ut non omni sacerrimo vinculo
hoc tamen literarum et humanitatis nescio, bonis fide,
obstrictos.

obstrictos.